

A Italiae monumentis, & ex iis feligar, quae palato suo gratiora...

Inscriptioe characterum non esse deturpandam faciem. vide. FACIES.

* Insidia.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA,

Insidia, fallaciae, sive dolosa expectatio, ab insidendis & occupandis locis...

* INSIDIARUM STRUCTURARUM EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

Expugnatus Josue urbem Hai, elegerat quinque virorum milia, & posuerat illos in insidiis in Bethania & Hai...

Posuerunt Sichimitae in summitate montium insidias adversus Abimelech Regem...

DALLIA Sampsoni insidias preparavit, occultando Phillistios in interiori cubiculo...

Ita etiam quoque adversus Beniamitas insidias struxerunt; unde cum fugi simulata illi eos inlequerentur...

SAUL tetendit etiam insidias in torrente adversus Amalech. Reg. cap. 15. Item adversus David, cum mittens...

JEZABEL regina insidiata fuit Eliaz prophetae, quia occidit universos Prophetas Baal.

BENADAD Rex Syriae pugnaturus contra regem Israel, variis locis disposuit insidias. Reg. cap. 6. Quomodo etiam fecit Osee filius Ela contra Phacee.

JEROBOAM quoque ignorantem Judam suo ambiebat exercitu, & retrò molebatur insidias. Paralip. 13.

BAGATHAN & Thares Eunuchi per insidias trucidare conati Assuerum Regem, cujus rei eum monuerat Mardocheus. Esther. cap. 6.

* EXEMPLA HISTORICA.

Ex Frontinis de Stratagematibus, & aliis.

FRONTINUS: Romulus per latebras copiarum parte disposita, cum ad Fidenas accessisset, simulata fuga, temere hostes insequentes eduxit...

Q. FABIVS MAXIMVS COS. auxilio Sutrinis missis adversus Hetruscos, omnes hostiorum copias in se convertit; deinde simulato timore, in superiora loca veluti fugiens recessit...

SEMPRONIVS GRACCHVS adversus Celtiberos, metu simulato, continuit exercitum: emissis deinde armatura levi, quae hostem lacesseret, ac statim pedem referentem, evocavit hostem...

Q. METELLVS COS. in Sicilia bellum gerens adversus Hadrubalem, ob eius ingentem exercitum, 130. elephantis in-

tentorem, diffidentia simulata, intra Panormi un coplastentur, E fossamque ingentis magnitudinis ante duxit: conspecto deinde exercitu Hadrubalis, qui in prima acie elephantos habebat...

TOMYRIS Seytharum regina, Cyrum Persarum ducem, quo Marte certante, simulato metu elicit ad notas milli suo angustias, atque ibi repente converso agmine, natura loci adjuva, devicit.

Aegyptii confecturi acie in eis campis, quibus junctae paludes erant, alga eas contexerunt, commissioque praelio fugam simulantes in insidiis evocaverunt, qui rapidius vecti per ignota loca, limo inhaerent, circumventique sunt.

VIRIATVS ex latrone dux Celtiberorum, cedere se Romanis equitibus simulans, usque ad locum voraginosum, & praeratum eos perduxit & cum ipse per solidos ac notos sibi transitus evaderet, Romanos ignatos locorum immerfosque limo caecidit.

FVLIVS Imperator, Cymbrico bello collatis cum hoste castris, equites suos iussit succedere ad munitiones eorum, lacessitque barbaris, simulata fuga regressi: hoc cum per aliquot dies fecisset, avidè insequentibus Cymbtris, animadvertit castra eorum solita nudata: itaque per partem exercitus custodia consuetudine, ipse cum expeditis post castra hostium confedit occultus, effusisque eis ex more repente adortus, & desertum prorut vallum, & castra cepit.

CNEVS Fulvius cum in sinibus nostris exercitus Falicorum, longè nostrò major castra posuisset, per suos milites quadam procua ad castris aedificia succendit, ut Falisci nos id fecisse credentes, spe praedae diffunderentur.

ALEXANDER ex Epirotis adversus Illyrios collocata in insidiis manu, quosdam ex suis habitu Illyriorum instruxit, & iussit vastare (suum, id est, Epiroticam) regionem: quod cum Illyrii viderent fieri, ipsi passim praedari ceperunt, sed securus, quod praecedentes veluti pro explorantibus habebant: à quibus ex insidiis in loca iniqua deducti, caesi fugatique sunt.

LEPTENS quoque Syracusanus adversus Carthageneses vastari suos agros, & incendi villas castellaque quadam imperavit. Carthageneses à suis id fieri rati, & ipsi tanquam in adiutorium exierunt, exceptaque ab insidiatoribus, fusi sunt.

MAHARBAL missus à Carthagenensibus adversus Aphrorebellantes, cum sciret, gentem avidam esse vini, magnam quoque modium mandragora permiscuit, cujus inter venenum ac foporem media vis est: tunc praelio levi commisso, ex industria cessit, nocte deinde intempesta, relictis intra castra quibusdam farsinis, & omni vino infecto, fugam simulavit: cumque barbari occupatis castris, in gaudium effusis, medicamentum avidè meruerunt hausissent, & in modum defunctorum strati jacerent, reversus cepit eos, ac trucidavit.

HANNIBAL, cum sciret sua & Roman. castra, in eis locis esse, quae lignis desiccabantur, ex industria, in regione deserta plurimos armentorum greges intra vallum reliquit: qua velut praeda Romani positi in fumis lignationis angustis, insalubribus se fecibus onerantur: Hannibal reducto nocte exercitu, securos eos, & ambis angustiarum graves carne, majorem in modum vexavit.

TYBERIVS GRACCHVS in Hispania certior factus, hostem inopem commeari laborare, in intruistiima castra omnibus scutulis deferuit, quae adeptum hostem, & reperitis intemperanter replevit, gravemque reducto exercitu, subito oppressit.

Hi qui adversus Erythreos bellum gerebant, speculatores eorum in loco edito deprehensum occiderunt, & vestem ejus militi suo dederunt, qui eodem jugo Erythreos signo dato in insidiis evocavit.

Arabes, cum esset nota consuetudo eorum, qua de adventu hostium interdum fumo, nocte igne significare instruerant; ut sine intermissione ea fierent, praecerperunt, adventantibus autem adversariis intermitterent: qui cum cessantibus luminibus existimarent ignorati adventum suum, avidius ingressi oppreffique sunt.

ALEXANDER Macedo, cum hostes in situ editiore castra communiissent, seducta parte copiarum, praecipit his, quos relinebat, ut ex more ignes excitarent, specie: quae praebent totius exercitus: ipse per avias regiones circumducta manu, hostem superiore aggressus loco, depulit.

MEMNON Rhodius rex, cum equitatu praevaleret, & hostem in

A in collibus se continentem, in campos vellet deducere, quodam ex militibus suis, sub specie per fugae, misit in hostium castra, qui affirmans, exercitum Memnonis jam perniciosa seditione furere, ut & subinde aliqua pars ejus dilaberetur. Huic affirmationi ut fidem faceret, passim in conspectu hostium iussit parva castrilla muniri, veluti in ea se recepturi essent, qui dissidabant: hac persuasione solliciti ut in montibus se continuerant, in plaga descenderunt, & dum castrilla tentant, ab equitatu circumventi sunt.

HARRIDAS rex Molossorum, bello petitus ab Ardie Illyrio, majorem aliquantò exercitum habente, molitus imbelles suorum, in vicinam regionem Aetoliae famam passit, tanquam urbes ac res suas Aetolis concederet. Ipse cum his qui arma ferre poterant, insidias in montibus, & locis confragosis distribuit. Illyrii timentes, ne quae Molossorum erant, ab Aetolis occuparentur, velut ad praedam festinantes, neglectis ordinibus accelerare coeperunt, quos dissipatos, nihil tale expectantes, Harridas ex insidiis fudit, fugavitque.

T. LABIENVS, C. Caesaris legatus adversus Gallos, ante adventum Germanorum, quos auxilio his venturos sciebat, confregit cupiens, diffidentiam simulavit, postisque in diversa ripa castris, profectioem edixit in postero diem. Galli credentes eum fugere, flumen quod medium erat, infutuerunt transmittere. Labienus circumacto exercitu, inter ipsas superandi amnis difficultates eos caecidit.

HANNIBAL, cum explorasset, negligenter castra Fulvii Romani ducis munita, ipse praeterea multa temerè audere, prima luce, cum densiores nebulae praestarent obscuritatem, paucos milites munitionum nostrarum vigiliis ostendit, quo Fulvius repente movit exercitum. Hannibal per diversam partem castra ejus occupavit: & ita in tergo Romanorum effusus, octo milia fortissimorum militum cum ipso duce trucidavit.

Idem Hannibal, cum inter Fabium dictatorem, & Minutium magistrum equitum divisus effit exercitus, & Fabius occasioem immineret, Minutius pugnandi cupiditate flagrare, castra in campo qui medius inter hostes erat, posuit, & cum partem pedum in confragosis rupibus celasset, ipse ad evocandum hostem misit, qui proximum tumulum occuparent: ad quos opprimendos cum adduxisset copias Minutius, insidiatores ab Hannibale dispositi subito consurrexerunt, & desessent Minutii exercitum, nisi Fabius periclitantibus subvenisset.

Idem Hannibal, cum ad Trebiam in conspectu haberet Sempromii Longi Cos. castra, medio annte influente levissima hyeme, Magones, & electos in insidiis posuit. Deinde Numidas equitem, ad eliciendum Sempromii crudelitatem, adquirentem vallo ejus iussit: quibus praecerperat, ut ad primum nostrum incursum per nota deringerent vada. Hos consul & adoratus temerè, & securus, jejunum exercitum in maximo frigore transitu fluminis rigore fecit. Mox tempore, & inedia affectis, Hannibal suum militem opposuit, quem ad id ignibus, oleo & cibo fovcrat: nec desuit partibus Mago, quin terga hostium in hoc ordinato caederet.

Idem ad Thrasimenum, cum arcta quadam via in radices montis, & campos patentes duccret, simulata fuga, per angustias ad patentia evasit, ibique castra posuit, ac nocte dispositis militibus, & per colleem, qui imminebat, & in latibus angustiarum prima luce, nebula quoque adjuvus, aciem direxit. Flaminius veluti fugientem insequens, cum angustias esset ingressus, non ante providit insidias, quam simul à fronte, lateribus, tergo circumfusis, ad interuiccionem cum exercitu caederet.

Idem Hannibal, adversus Junium Dictatorem, nocte intempesta sexcentis equibus imperavit, ut in plures turmas segregati per vices, sine intermissione, circa castra hostium se ostentarent. Ita tota nocte Romanis in vallo, statione, ac pluvia, quae sorte continua fuerat, inquietatis confectisque, cum recepti signum jam Junius dedisset, Hannibal (uos requietos reduxit, & castra ejus invasit.

EPAMINONDAS Thebanus in eundem modum, cum Lacedaemonii Athron vallo ducto Peloponnesum tenerent, paucorum opera levis armaturae, tota nocte inquietavit hostem, ac deinde prima luce vocatis suis, cum Lacedaemoniis se recepissent, subito universum exercitum, quem quietum habuerat, admovit, & per ipsa munimenta desinita propugnatoribus intravit.

HANNIBAL directa acie ad Cannas d. c. equites Numidas iussit transfugere, qui ad fidem faciendam, gladios & scuta

nostris tradidere: & in ultimum agmen recepi, ut primum E concurre capir, strictis minoribus (quos occultaverant) gladiis, scutis jacentium assumptis, Romanorum aciem caeciderunt.

JADYGES, P. Licinio proconsuli pagos quoque sub specie ditionis obtulerunt, qui recepti, & in postrema acie collocati, terga Romanorum caeciderunt.

SCIPIO Africanus, cum adversa haberet bina hostium castra, Syphacis & Carthagenensium, statim Syphacis, ubi multa incendiis alimenta erant, aggregi nocte, ignem injicere, ut ex ea re Numidas quidem ex suis castris trepidantes caederet: Penos autem, quos certum erat ad succurrendum locis procururos, insidiis dispositis exciperet: utrumque ex sententia cessit.

MITHRIDATES à Lucullo virtute frequenter superatus, insidiis eum appetit, Adathante quodam eminente viribus subornato, ut transugeret, & fide pacta hosti, facinus perpetraret: quod is strenuè quidem, sed sine eventu conatus est: receptus enim à Lucullo in gregem equitum, non sine tacita custodia habitus est: qua nec credi subito transfuge, nec inhiberi relliquos oportebat. Cum deinde frequentibus excursionibus, promptam & enixam operam exhiberet, fide acquisita tempus elegit, quo missa principia quietem omnibus castris dabant, praetoriumque secretis praestabant: casus adjuvit Lucullum, nam qui ad vigilantem usque admitteretur, fatigatum nocturnis cogitationibus, illo tempore quiescentem invenit. Cum deinde, tanquam nunciaturus aliquid subitum, ac necessarium, intrare vellet, & pertinaciter a fervis valedudini domini consulentibus excluderetur, veritus, ne suspectus esset, equis, quos ante portam paratos habebat, ad Mithridatem refugit irritus.

SERTORIUS in Hispania, cum apud Lauronem oppidum, vicina castra Pompeji castris haberet, & duae tantummodo regiones essent, ex quibus pabulum peti posset, una in propinquo, altera longius sita, eam quae in propinquo erat, subinde à levi armatura infestari, ulteriore autem veruit ab ullo armato adiri, donec persuasit adversariis, tutiore esse, quae erat remotior: quam cum petissent Pompeiani, Octavianum Gracimum cum decem cohortibus, in morem Romanorum armatis, & decem Hispanorum levis armaturae, Tarquinium Priscum cum duobus millibus equitum ire jubet ad insidias tendendas pabulatoribus: illi strenuè imperata faciunt. Explorata enim locorum natura, in vicina silva nocte praedictas copias abscondunt, itaut in prima parte levis Hispanos, apertissimos ad futura bellorum, poterent: paulò interius cutatos, in remotissimo equites, ne fremitu eorum cogitata proderentur: quiescere omnes silicio servato in horam tertiam diei iubet eum deinde Pompeiani secuti servatiue pabulo de reditu cogitarent, & hi quoque qui in statione fuerant, quiete invitati ad pabulum colligendum dilaberentur, emissi primum Hispani velocitate gentium in palantes esundantur, & convulnerant confunduntque nihil tale expectantes: prius deinde quam restiti his inciperent, cutati erumpunt & salu, & redeunt in ordinem consternunt, veruntque fugientibus equites immixti toto eo spatio, quo redibatur in castra, persecuti caduntur: curatum quoque, ne quis effugeret, nam reliqui 250. equites praemissi facile per compendia itinerum effusis habentis, antequam ad castra Pompeji perveniretur, conversi, occurrerunt eis qui primi fugerant. Ad cuius rei sensum Pompejo immittente legionem cum Laelio praedidium suorum, subducti in dextrum latius veluti cesserunt equites, deinde & cum ita legionem hanc à tergo infestarent, cum jam etiam à fronte qui pabulatores persecuti erant, incurfarent, sic legio quoque inter duas acies hostium cum legato suo elisa est; ad cuius praedidium Pompejo totum adducere exercitum, Sertorius quoque ex collibus suos instructos ostendit, effectique, ne Pompejo expediret praeter duplex damnum, eadem solertia illatum, spectatore quoque eum cladis suorum concivit: hoc primum praedium inter Sertorium, & Pompejum fuit: decem milia hominum de Pompeji exercitu amissa, omnia impedimenta: Livius autor est.

POMPEIUS in Hispania, dispositis ante, qui ex occulto aggrederentur, simulato metu, deduxit instantem hostem in loca infesta; deinde ubi res poposcerunt, conversos, & in fronte, & utriusque lateribus ad interuiccionem caecidit, capto etiam duce eorum Perpenna.

Idem adversus Mithridatem in Armenia, numero & genere equitum praevalemtem, tria milia levis armaturae, & 500. equites nocte in valle sub virgultis, quae inter bina castra erant, disposuit: prima deinde luce, in stationem hostium emisit equites ita firmatos, ut cum universus cum exercitu hosti

A hostium equitatus prelium inisset, servatis ordinibus paulatim cedebant, donec spatium darent confurgendi a tergo ob hoc dispositis, quod postquam ex sententia contigit, conversis qui terga dedisse videbantur, medium hostem trepidantem cecidit: ipsos etiam equos pedite cominus accedente confodit, eoque prelio fiduciam regi, quam in equestribus copiis habebat, detraxit.

CASSUS bello fugitivorum apud Catenam bina castra cominus cum hostium castris vallavit; nocte deinde commutatis copiis, manente pratorio in majoribus castris, ut fallerentur hostes, ipse omnes copias duxit, & in radicibus predicti montis constituit: diviloque equitatu precepit L. Quintio, partem Spartaco obiceret, pugnaque eum frustraretur: parte alia Gallos Germanosque ex factione casti, & Gannici eliceret ad pugnam, & pugna simulata deduceret, ubi ipse aciem instruxerit. Quos cum barbari insequuti essent, equite recedente in cornua, subito acies Romana ad aperta cum clamore cucurrit, triginta quinque milia armatorum eo prelio interfecta cum ipsis ducibus Livius tradidit, receptas quinque Romanas aquilas, signa sex & viginti: multa spolia, inter quae quinque fasces cum securibus.

C. CASSUS in Syria, adversus Parthos ducens aciem, equitem ostendit a fronte, cum a tergo peditem in confragulo loco occulisset: dein cedente equitatu, & per nota se recipiente, in preparatas insidias perduxit exercitum Parthorum, & cecidit. VENTIDIUS Parthos & Labienum alacres successibus victoriarum, dum suos ipse per simulationem metus continet, evocavit: & in loca iniqua deducens, aggressus per obreptionem, adeo debellavit, ut deserti Labieno, provincia excederet Parthi.

Idem adversus Pharnasanis Parthos, cum ipse exiguum numerum militum haberet, illis autem fiduciam ex multitudine videret incrementi, ad laus castrorum, octodecim cohortes in obliqua valle posuit, equitatu post terga militum collocato. Tum paucos admodum milites in hostem misit, qui ubi simulata fuga hostem effusus sequentem, ultra locum insidiarum perduxerit, coorta a latere acie, precepit in fugam his, Pharnasanem interfecto.

C. CASAR suis, & Afranianis castris contrarias tenentibus plantatis, cum utriusque partis plurimum interesset, colles proximis occupare, idque propter saxorum asperitatem esset difficile, tanquam llerdam repetiturum, retro agmen ordinavit, faciente inopia firmam destinationi. Intra brevissimum deinde spatium, exiguo circuitu flexit repente ad montes occupandos: quo visu perturbati Afraniani, velut captis castris, & ipsi effulso cursu eisdem montes petiere: quod futurum cum predivinaret Casar, partim peditem, quem pramiserat, partim a tergo submissis equitibus, inordinatis est adortus.

ANTONIS apud forum Gallorum cum Panam Cosadventare compelleret, insidias per sylvestria Emilia via dispositas, agmen ejus excepit, fudit: & ipsum eo vulnere affecto, quo intra paucos dies exanimaretur.

JUBA rex in Africa bello civili Curtionis animum simulato regressu impulit in vanam alacritatem: cuius spei vanitate deceptus Curio, dum tanquam fugientem Saboram regium precedere persequitur, devenit in patentem campum, ubi Numidarum circumventus equitatu, perdito exercitu, cecidit.

MELANTHUS dux Atheniensium, cum provocatus a rege hostium Xantho Bœotio, descendisset ad pugnam, ut primum cominus strit, mique (inquit) Xantho, & contra pactum facis, adversus solum enim cum altero processisset: cumque admiratus ille, quisnam se comitaretur, respexisset, aversum duno ictu confecit.

IBERICATES Atheniensis ad Chersonesum, cum sciret Lacedæmoniorum ducem Anaxibium, exercitum pedestri itinere ducere, firmissimum manum militum eduxit e navibus, & in insidiis collocavit; naves autem omnium, tanquam onustas milite, palmam transnavigare iussit, ita securos: & nihil expectantes Lacedæmonios a tergo ingressus itinere oppressit, fuditque.

Liburni, cum vadosa loca obediissent, capitibus tantum eminentibus, fidem fecerunt hosti alti maris, ac trirremem, quæ eos persequeretur, implicatam vado ceperunt.

ALCIBIADES dux Atheniensium, in Helleponto adversus Numidarum, & Lacedæmoniorum ducem, cum amplum exercitum, & plures naves haberet, nocte expositus in terram quibusdam militum suorum, parte quoque navium post quadam promontoria occultata, ipse cum paucis profectus, ita ut contemptu sui hostem invitaret, eundem insequentem fugit, donec in preparatas insidias induceret: aversum deinde, &

egredientem in terram, per eos, quos ad hoc ipsum exposuerat, cecidit.

IDEM navali prelio decernaturus, constituit malos quosdam in promontorio, precepitque his, quos ibi relinquerat, ut cum prelium commissum insensissent, panderent vela. Quo facto consequutus est, ut hostes aliam classem in auxilium supervenire ei arbitrati, verterentur.

MEMNON Rhodius, navali prelio cum haberet 200. navium classem, & hostium naves elicere prelium vellet, ita ordinavit suos, ut paucarum navium malos erigerent, easque primas agerent: hostes autem procul conspicati numerum arborum, & ex eo navium quoque conjectantes, obtulerunt se certantini, & a pluribus occupati superatque sunt.

TIMOTHÆUS dux Atheniensium, adversus Lacedæmonios navali acie decernaturus, cum instructa classis eorum ad pugnam processisset, ex velocissimis navibus viginti pramissit, quæ omni arte varioque flexu eluderent hostem: ut primum sensit deinde minus agilitate moveri adversam partem, progressos prelatatos facile superavit. lib. 2. Stratagem. c. 5.

XENOPHON: Audita re, mos castellum Asyrus occupat, & numerofo cum equitatu, multique curibus, in vicis illis frequentibus insidias locat. Gadatas, quem prope ab his vicis abesset, exploratum quosdam premitit. Asyrus animadverfo, exploratos advenire, currus quosdam productos castris, duos treffe, cum paucis equitibus fugere jubet: quasi qui & terra, & numero pauci essent. Ea quam exploratos viderent, non ipsi solum persequerentur, sed etiam Gadate innuebant. Is deceptus totis viribus insequitur. Asyrus, quom Gadatam capi jam posse putarent, statim ex insidiis surgunt. His Gadate milites conpeditis, ut par erat, fugiunt: illi contra, quemadmodum fieri solet, insequuntur. Atque hic Gadatam isferiens, qui hasi struxerat insidias, aberrat ille quidem a vulnere lethali: sed ideo tam humero, vulnus homini inflit. c. 29. l. 5. Cyropædia.

HELIODORUS: Vindicabit se Achemenes de Arface, confcius omnium alioqui flagitiorum ac seclerum ipfius, & cui nihil ab insidiis faciendis comminici fit opus, quod sepe multi exacerbat: sunt auli: sed ex veris liceat habere expeditam ultionis rationem. lib. 7. Æthiopicorum.

CONSULE LOCUM DE STRATAGEMIBUS. Insidias repellere, superare. Quere ex loco de Fortitudine. Tit. Insidiarum appropere.

PER INSIDIAS CASI. Vide Locum de morte. Tit. V. occulta, insidias.

URBS LIBERATA. Pete ex loco de Divitiis. Tit. V. ab insidiis defensa.

INSIDIAS DECLINARE. Consule Locum de Declinatione malorum. Tit. Insidias declinare. Item ibid. Tit. Nimium declinare Insidiatores.

DETEGERE, PREVIDERE INSIDIAS. Pete ex loco de Hostibus. Tit. Hostium consilia, & insidias detegere, & prevedere.

INSIDIAS SUSTINERE, TOLERARE. In loco de Patientia, & Tolentia. Tit. Pericula personarum ab Insidiatoribus impendentia sustinere, ferre, & quarantur alia loca ibi indicata.

INSIDIAS ALIIS STRUCTAS IN SEMET CONVERTERE. Multa de hac re habes supra, in loco de Insidiatate. Tit. Insidiarum, & Insidias quas aliis struxerant, irritas.

FILI AMMON, & MOAB, & MONTIS SEIR, struxerant insidias adversus Regem Israel: cumque jam ad manus devenirent, cepissent que hi laudes canere Domino, vertit Dominus insidias eorum in semetipsos, & percussit sunt. Nam filii Ammon & Moab conlruerunt adversus habitatores montis Seir, ut interficerent, & delerent eos: cumque hoc opere perpetrassent, etiam versi in semetipsos, mutuis concideret vulneribus 2. Paral. cap. 20.

APELLES Arato struens insidias, apud Philippum Regem Macedonum deprehensa calumnia, supplicium expetiit, quod Arato destinavit.

FRIDERICUM, cum admorsu gena, ita vocabatur, nihil hostile metuentem, cepit Marchio Vvoldemarus. Nec satis constat, qua de causa, quibusve factum id sit occasionebus. Sed hoc poposcit Marchio oppida aliquo, de quibus cum literas adferret, ac Nobilitatem Mifnicam: negant Nobiles, se literis credituros esse: ac jubent, certo die ipsum Principem adduci in locum certum, ubi veram ejus voluntatem cognoscant. Interea inter se parant, ut cum adduceretur dominus, cum hostibus eriperent. Hoc consilio Mifnicam nobilitas, & principem feliciter liberavit, & vicissim Vvoldemarus comprehendendum adduxit in arcem Aldemurgenlem: cui accidit quod dicitur: αὐτὸς ἐπὶ ταῖς τῶν ἑσθῆτων ἀσπίδας ὑπέπεσε. In Chron. Philip. lib. 5. pag. 559.

A Cum Rex Pyrrus populo Romano bello introiisset, cumque de Imperio certamen esset cum Rege generoso ac potente: peruga ab eo venit in castra Fabritii, eique est pollicitus, si premium ei proposuisset, se ut clam venisset, sic etiam in Pyrrhi castra rediturum, & cum veneno necaturum. Hunc Fabritius reducentum curavit ad Pyrrhum: idque ejus factum a senatu laudatum est. Cicero 3. Officio.

ARCHELAUS Rex Macedonius, cum tres legimos hæredes interfectisset, & regnum invassisset: tandem interfectus est ab adolescente nobili, qui gladium ipsum capiti infixit. Ideo versus de eo factus est: Qui struit alteri malum, struit suo caput malum. Strig. 2. Reg. 17. & Proverb. 14. pag. 68.

Nec non & memorabilem historiam hac de re habemus, quæ Petro Portio Vincentino, dum Bargesium occupare insidias nititur, contigit. Hanc Arnoldus Ferronus de reb. Gestis Gallorum lib. 9. recenset ibid.

Vix puto, exemplum, quod huic rei magis conveniat, adduci posse, quam Majoris Amiratis magni, Guilelmi Regis Siciliae. Is enim dum libidine imperandi, licet ex humili ortu genere esset, varia consilia interficendi Regis tractaret: tandem a Mathæo Bonello, juvene nobilissimo, & suo genere delignato, interfectus est. Quam historiam præ cæteris memorabilem latè & eleganter describit Hugo Falcandus in histor. de reb. gestis in Sicilia regno. l. 6.

Non absimilis Historia in Iustino Historico (lib. 39.) refertur. Vix etenim Gryphus Rex Ægypti, recuperato patrio regno, externique periculis liberatus, matris insidias evasit. Hæc enim cum cupiditate dominationis prodo marito Demetrio, & altero filio interfecto, hujus quoque victoria inferiorum dignitatem suam factam doleret: venienti ab exercitatione, veneni poculum obtulit. Sed Gryphus predictus jam ante insidias cognitis, velut pietate cum matre certaret, bibere ipsum jubet, instaque abnuenti. Dein prolo. iudice eam arguit, solum defensionem sceleris supereffe affirmans bibendo, quod obtulerat filio.

Cum Hannibal Marcium Imp. Rom. insidias interceptisset, & ejus annulo cum corpore esset potius: nomine Marcelli ejus signo obfignatas literas mittere ad Salapianos (& proxime erat Salapia) statuit: se nocte, quo diem illum secutura esset, Salapianum venturum; parati milites essent, qui in præsidio erant, si quod opera eorum opus esset. Crispinus alter Consul, metuens, ejus sigilli errore ne quis dolo neceretur a Pæno, circa civitates proximas nuntios miserat: occisum Collegam esse, annuloque ejus hostem potius: ne quibus literis, nomine Marcelli compositis, crederent. Paulo ante hic nuntius Consul Salapiam venerat, quam literæ ab Hannibale allatæ sunt. Inque circa portam, qua venturum hostem rebantur, quod roboris in præsidio erat, opponant: oppidanos per muros sublique opportuna loca in statombus disponunt. Hannibal cum ad urbem accessisset, perugas Romanorum, qui & Latine loquebantur, & arma Romana habebant, in primo agmine ire jubet. Ii, ubi ad portam esse ventum, excitant vigiles, aperit portam jubent, Consul em adesse. Vigiles cataractam in tantum altitudinis subducunt, ut recti subire possent. Cum sexcenti magno intrassent, remisso fune, quo suspensa erat, cataracta magno sonitu cecidit. Salapiani perugas invadunt, & trucidant. Its inde Annibal tuam tiple fraude capus ablit. Quippe omnes illius vulpis ingenium norant. Ita que suis eum artibus sæpe illudabent: sicuti a venatoribus capiuntur vulpes, cum retia in contrarium tenduntur. Anton. Macchianellus lib. 3. pag. 532.

INSIDIAS EFFUGERE, DECLINARE, PRUDENTER DE IIS CONSULERE. Vide Locum de Prudentia, Tit. Prudentia extra bellum, eorum que ad bona corporis conferunt.

Insignia.

QUÆ VULGO GENTILITIA.

* QUID SINT. EORUMQUE USUS.

Insignia, ait P. Greg. Tolos. l. 6. c. 16. de Repub. sunt veluti signa, & litteræ Jeroglyphicæ, breviter & compendiosè aliud, quod non videtur, percipit, pietæ aut cæclata indicantia, ad memoriam corundem, qui quippiam egregium simile vel proportionatum demonstrant signo gesserunt: vel ad distinctionem familiarium, vel personarum, signa particulari causa & voluntate confecta. Signa, quæ strenue gesta, vel insula. B. Theat. Vita Human. Tom. IV.

gniter notata designant, proprie insignia dici merentur: alia E potius signa, & signacula, vel sigilla. Insignia ita rerum insigniter, & cum laude gestarum, solita sunt dici a vulgo armovies Gallis, ac si dicamus, armorum memoriam; & inde etiam ea quibus insignia comprehenduntur, dicuntur vulgo esse, effulsson, à cuto bellico cui præstantissimi milites solebant la. l. insignia ponere, ut internocerentur. Nos in præfenti generaliori significatione insignium utemur, prout subiecta exempla declarant.

* INVENTIO.

Inter inventa quæ memorantur Caricæ gentis, tria præcipua sunt, quod galeis cristas imponendas primi ostenderunt, & secundum hoc quod clypeis signa adjunxere; postremò lota quoque scutorum excogitaverunt. Herodot.

Baldus ait, insignia hæc inventa esse ad cognoscendum familias, & personas, in tractatu de armis.

INSIGNIUM, SIGNORUM, MONUMENTORUM X P H I E. QUÆ, QUORUM.

Signa videntur dici ea, qua per se subsistunt. Insignia ea, F que rei alteri inhererent, tanquam subiecto, sine quo subsistere nequeunt: & insigniitii, quibus signum impressum, vel affixum est. Præterea tamen à Signando, & Significando nomen habent, & à Notando Nota, sicuti à Movendo Monumenta, ab Indicando Indicia. De quibus tanquam de externis, & fortuitis hocce loco alteri sumus. Ipsum alioquin Indiciam, ut Significat, & Indicat, & Denotat aliquid, ad ea loca pertinet, quæ mentis vel perturbacionis humane interperationem continent.

VESTIMENTORUM ROMANA.

Togæ, Romanorum vestimenta, quadratam formam videntur habuisse, ut ex Athenæo perspicere licet, qui in 5. lib. Περὶ τροφῶν, quo loco de severita regis Mithridatis in togatos loquitur, inquit, Romanos oppressos ab ipso in Asia, quam occupavit, aut ad simulacra deorum confingendo, aut quadratis vestimentis abjectis ad pallia redeundo, antiquaque patrias, jam relictas ab ipsis, agnoscendo, vitam conservasse. G. V. Herodotus lib. 19. Var. lect. cap. 7.

Cicero & in orat. pro Polibio, & in Verrinis, satis ostendit, criminis datum fuisse civibus Rom. si qui, in provinciis cum essent, toga non uterentur. Qua dere P. quoque Scipio l. 2. Maximo accusatus fuerit. Quibus autem civitatus Romanæ jus dabatur, iidem togæ quoque jus dabatur; unde nomen Gallicæ Togatæ. Hærotoman. de Verbis juris.

Regum, Principum.

Perlarum Reges, antequam scepra inirent, sacris initiari oportebat: qui modus erat, ut vestem, quam gestavit Cyrus, primum induerent, mox terebinthum, & caricas gustarent, poculumque lactis ebiberent. Alex. l. 1. c. 28.

ROMULUS primus trabea regia, quæ ex purpura immixto alba erat, usus est. Alex. l. 5. c. 18.

NUMA, Romanorum rex, legatione Iaurorum accepta, & forma habitus eorum animadversa, inde in vniuersitatibus vestitum, regia veste cum senatoria conjuncta: nec extrinsecus quicquam, sed intrinsecus tincturam purpureæ adiecit: ut ex utroque horum unum corpus conficeretur, & in senatorum calcis notaretur. K. Svidas.

Constantinopolitani Imperatores puniceis usu sunt calcis. Basilus enim patriarcha noluit, in gratiam recipere Phocam Bardam, nisi puniceis calcis exutis, in habitu privati veniret. Zonaras. Eorum vestitus meminit Luitprandus l. 3. c. 9. ubi ait, moris fuisse, ut Imperator rubricatarum pellium caligis uretetur.

Hodie in Gallia, dum regnum ineunt reges, veste amictur in veterem Germanicum morem formata, quam in hunc usum religiosè servant. Fulg. l. 2. c. 1.

Ducum, Militum.

Hanc quoque Tessera militarem vocant. Vri etiam Signa ipsa & Arma militaria, nota causa assumpta. Diversa ab his Tessera proprie dicta, de qua inter Voces agit.

DARIUS Magos nocturno tempore adortus cum septem verbis, ut in tenebris se mutuo possent agnoscere, consilium dedit, ut vinculum tæte, quod a posteriore capitis parte tiam

A * Perfarum Regum infigne in sigillo, fuit imago Rhodogun- nis regina impressa, dissectis capillis prædita: cujus rationem refert Polyenus lib.8. stragem, quod aliquando Rhodogunes lavans crines abstergebat, cum venit quidam nuntians, subdi- tam gentem defecisse, & illam non absterfis capillis, sed ita ut erant revinctis, equum ascendisse, & exercitum duxisse, atque jurasse non ante se crines purgaturam, quam à se de- fectoribus victoriam reportasset: quod nec fecit, donec victo- ria habita crines lavit, & collegit; unde Perfarum postea sigil- lum manavit.

FERGUSIO I. Scotorum in Albione regi infigne erat rubens leo erectus, aurea facie, cauda verberans terga, ut seras est mos, quum sese ad pugnam incitat, generosam signans ira- cundiam. Quod dehinc mansit Scotorum regibus infigne. Helior. Boethius lib.2.

Alia Scotorum insignia jam inde à Perithari, qui secundus ordine rex fuit, ensis nudus acie ancipiti, virga recta (scpeprum hæc ætas appellat) aurea, cum corona, militaris valli forma, patriæ libertatique turandæ, fontium ferendorum, æquitatis justitiæque administrationis simul, atque summæ potestatis summa omnium debita cum veneratione indicia. Manere de- hinc eadem regalia Scotorum principibus insignia, in nullo va- riata ad Achaii regis usque tempora: qui cum Carolo M. Fran- corum rege itidem, & Romanorum Imperatore, omnium Scotorum regum primus, perpetuum fœdus, & societatem sanxit. Addidit in coronæ circulo quatuor lilia aurea, quatuor cum salutifera cruce aureis signis, patibus intervallis dis- cretis, liliis paulò eminentioribus. Helior. Boeth. lib.2.

ANDREAS III. Venetus cognominatus, Ungariæ rex, cum à Stephano, Andrà II. Jerolomytani dicti regis Hungariæ F. & Thomasia Maurocena natus esset, gentilitia matris in- signia usurpavit, & crucis tantum miraculum, ut à cæteris Maurocenorum agnosceretur, inseruit. Parentis nobilitatem usque adè veneratus, ut rerum potitus, humilioris fortunæ insignia præ matris amore, & urbis Venetæ reverentia, non ipseverit. Bonfin. lib.9. Dec. 2.

LVPOLDUS Austriæ dux an. 1286. ad Sempacum ab Helveris cæsus cum filio & xv. principibus viris, præter nobiles, & ba- rones. Cujus prælit memoriam suis videntur insignib. deinceps inseruisse Austriaci, cum candidum scuti campum sanguineo colore transversim dividant. Crantz. 1.9. Vandal. c.39.

MARGARITA à patre Ferrando Comite Flandriæ relicta sub tutela Joannis Davenes, spectatæ prudentiæ clerici, ab eodem compressa, filium peperit Joannem: & eluendæ macule cau- sa, Davensem sacerdotum abdicatum sibi matrimonio junxit, & ex eo Guidonem suscepit, qui anno Sal. 1302. Gallos in- signi illa clade Corterageni affecit. Mortuo marito, Comitatu non minus sortiter, quam prudenter vidua pace belloque tutata est, & legibus republicam ornavit. Adulti jam filii de Comitatus successione contendebant. Negotio ad Philippum Pulcrum Gallorum regem delato, cum is matris sententiam audire vellet, aperte illa professæ est, Guidoni Comitatum deberi, Joanne propter illegitimos natales præterito. Joannes ea voce offensus: Et verò ego huc usque, inquit, me opulentissi- simi omnium, que nunc vivam, scorti filium esse ignora- bam. Tunc illa: Quando te Comitatu Hannonio spoliare non possem, pro ista saltem linguæ petulantia leonem nigrum, quem jure hereditario in campo aureo geris, absque ungui- bus & lingua deinceps mutilatum gestabis, Guidone integrum possidente. Hanc sententiam, & censuram rex Gallus ratam habuit. Jo. Villanus lib.8. cap. 57.

* Villegius Elector Moguntinus Rhedario patre natus, ro- tam toto Palatio appingi jussit, eamque assidue oculis obser- vari voluit, fuitque ea postmodum, hodieque est infigne Ar- chiepiscopatus ibidem. Serra. in hist. Moguntina.

Populorum.

* Anniferus ad cap. 2. Numer. veteres tribus Hebræorum singulas vexilla propria habuisse notat, & vexillum Ruben habuisse figuram hominis: Juda, leonis: Ephraim, bovis: Dan, aquilæ, &c.

* Legitur in quibusdam monumentis Mediomatricum, seu Metensem, quo tempore Cæsar arma in Gallos movit, obfes- sam fuisse ejus jussu Mediomatricum civitatem (quæ nunc Me- tis dicitur) ab expugnatore Metio duce exercitus Cæsaris, qui postea eam subvertit restituit, ut ferunt) obfessolque Medio- maticæ per Merium, deditionis fuisse admonitos, & ut admit- terent Cæsaris insignia; quod si facerent, intra certum tempus

minatum excidium. Illos autem respondisse, nulla alia insignia esse, tempulque desiderare, quam noctis, & diei: nec insignia Imperatoris velle se admittere, aut alia, quam albi, & nigri, pro vitæ aut mortis symbolo. Eproinde habere hodie in in- signibus tantum hos colores, album & nigrum.

* Crux alba pro insignibus in rubeo campo data ab Arcadio Imp. Messanæ civitati illustri Siciliæ: quod à Arcadio Gothis, & Bulgaris terra marique obsessis, auxilium ab ea receptum missum, ut scribit Th. Crisostomus lib. de bellis Siciliæ, prioris de- cadis c. 2. Eximium autem illud munus, cum Imperator valde hoc crucis signum revereretur, ut etiam auream monetam cruce insigniendam curaverit, que in usu totius Asiæ postea permansit quia ante victoriam de Persis, atæ cruce in vesti- bus apparuissent, ut narrat Prosper de divinis promissionibus, & prædiction. p. 3. promiss. 34. de martyriis.

* Joannes Ravennus Textor in officina, refert quarundam regionum, & populorum insignia; Scytharum, fulmen, Suem, Phrygum; Thraciæ, Martem; Arcus & phœreæ Perfarum; Anglorum leones, & rosas.

* Terullianus lib. de Velandis virginibus scribit, ornatus capitales pro insignibus fuisse, Germanorum pennas, Barbaro- rum strobilos, Germanorum citros, Atheniensium Cicadas, Britonum stigmata. Ad quem locum B. Rhenanus notat, Ga- ramantes esse Libyæ extremos populos semiferos, Strobilos fuisse Barbarorum gestamina ex auro in modum pineæ, quia strobilus Græcis pineam significat. Et Athenienses quidem in capillis cicadas ferebant, dicti hinc πτερόπτεροι, Latine Cicadiferi. Hoc argumentum volentes ostendere se indigenas, quales & sunt cicadæ: cujus etiam rei meminit Aristophanes. Cirri Germanorum, erant ex more obliquitatis pilorum: & Britanni holpites Gallæ super Ligerni solemniter cetis notis inurebantur.

* Romanorum insignia antiqua erant aquilæ, ut ait Dion. Cassius 1.40. Rom. hist. vexillum aureæ aquilæ, inherentes hæc acutæ, quæ in terra figeretur, fuisse legionum Romanorum: eamque cum hymenatum in facello quasi in terra repoi solit- am. Aquilam legionibus Romanis fertur Marinus in secundo suo Consolato dicasse, & fuit signum tanquam princeps totius legionis: & quamvis Romani habuerint quatuor alia signa præcipua in militia, lupos, minotauros, equos, apros, quæ singulos ordines antebant; item dracones, unde draconarii: tamen populus cæteris retinebant aquilam.

* Saxorum Principes pro insigni armorum in militariibus signis pullum equinum habuere: atrum ante baptismum, post verò candidum. Inde Ostphali, qui ultra, & Vvestphali, qui citra Visurgum sive Vesperam habitant. Nam equinum pul- lum Saxones sua lingua dixerunt, Valeni. Hoc autem nomen in orientabilibus evanuit, & permansit appellatio generalis Saxo- niæ, quod terra illa novis principibus sæpè paruit. Nam à tem- poribus Henrici Leonis ducatus est mortuus Brunsvicensis, postea & ille scissus in aliquot principatus. In occidenta verò provincia mansit appellatio Vvestphalarum, qui equinum pul- lum prætulerunt. Quæ gens jam se Saxonicam appellari non patitur, probo ducens, si quis Vvestphalum hominem appel- let Saxonem. Crantz. 1.2. c. 2.

Picti pulsati Scotis ædem D. Reguli in Otholmia (quæ nunc D. Andree est) nudis pedibus accessere, D. Andree reliquias exofculari, D. Andree crucelem pro insigni habituros deinceps bellico testati. Quod ipsum Scoti post delectis Pictis as- sumplere. H. Boethius lib.9.

Rerum publicarum, Civitatum.

GOULIELMUS, Achaii Scotorum regis frater, inito inter Sco- tos & Francos fœdere, Carolo M. Francorum regem expedi- tionem contra Saracenos, & Romanos, cum quatuor milibus Scotorum assuit. Caroli legatus Florentinam civitatem disspatam restituit. Florentini idcirco in rei memoriam rubens liliam solo colore à Francorum liliis diversim pro insigni sumplere, & quia Goulielmus Leonem pro insigni habebat, solemnibus ludis leonem quotannis coto- nare, publicèque leones alere instituerunt, veteris oraculi vo- cem secuti, dum leones Florentiæ vixerint, dumque Florenti- norum leo coronatus fuerit, civitatem alieni jugi expertura fore. H. Boethius lib. 10.

Nobilium.

RATIBORIUS Verfovicensis Boemus, cujus familia ob pet- fidiam proscripta in Polonia exulabat, Fridericum regem Boe- mæ

Amic contra Contradum Znoymæ marchionem acie certatu- rum inexpectato juvit auxilio. Proinde in gratiam receptus est à Friderico, & ad eluendum famulæ odium pro nalla aurea (quam Boemi Vitis appellant, unde nomen traxit) securus delectationi sibi coherentis jussus est deinceps pro insigni ge- stare. Dubravus lib.14.

Militum.

Lacedæmonii lambda in scutis gestabant, eis παρασημῶν, id est, notæ insignioris gratia, ex principe nominis litera, ve- luti caractere, se ipsos præmonstrantibus. Sicuti Messenii, M. literæ nota se cognoscibiles præbent. Epapoli, ἔξερτολύμω ἰδὼν σὺ δὲ βοτὰ τὰ δαυδῆα. Calvus lib. 18. cap. 1. Antiq. Lect. ex Eustachio 11. ad. 8.

Pertis aurea aquila supra oblongam hastam patentibus alis militare signum fuit: nonnunquam Solis simulacrum, facere- que & æternus ignis. Atheniensibus noctua, Thebanis Sphing- is effigies, Æcæ insule marina turris, Cimbris aeneus taurus. Eumeni Ceres & Alexander, Cratero & Neoptolemo Minerva, militia signum in bello notabant. Cyrus aureum gallum affixum lanceæ militi in acie pro vexillo dedit. Cyrus Indorum rex Hercules simulacrum, quod decessisset, militare flagitium habebatur. Indis regibus (æptus illa imago aut effig- ies, sed tintinnabula, & tympanum præcedunt. Insubres, si quando præcipua bella succurti erant, aurea signa, quæ im- mobilia vocant, è templo Minervæ efferentes, præferebant phalangæ. Alex. lib. 4. cap. 2.

Consuevere apud Rom. singule turmæ, manipuli & co- hortæ ac legionis, proprium vexillum, & militare signum ha- bere, ut quæ esset legionis quisque miles, & sub quo duce militaret, facile dignosceret, ne sine signis, sine imperio inor- dinati, & incompediti decerentur, sed conspicua omnibus si- gna forent. In quibus nomen imperatoris, aut consulis, non- nunquam draconis efficti imago, quare Draconarii dicti mi- lites; quod vexillum purpureum erat, aliaque insignia perferri- ta erant. Namque C. Julius vexillo quinctæ legionis, quæ con- tra Jubam elephantorum victrix fuerat, elephanthum inscripsit. Alioque insigni legionarii milites, alio prætoriani, dissimilique auxiliare utebantur. Postea ut imperatorum imagines per C. imaginiferos deferrentur in acie, pro signis vulgò servatum est. Nonnunquam labans quadratum hastæ appendium, quod Labrum dixerunt, pro vexillo fuit. Alex. lib. 4. c. 2.

Vide Locum de Equis tribus ordinibus. Privatorum.

BAROLO de Saxoferrato, consiliario suo, dedit Carolus IV. Imperator infigne leonis rubei biculati, in campo aureo. Tehtis ipsemet in Extravaz. ad reprimentum, & in tractatu de Insignis & armis.

NUMI, LITTERIS, DIPLOMATIS.

Locorum Hesperiorum, qui & Ozolæ, signum publicum in litteris, & numis fuit Hesperus stella. Sirab. Massiliensium signum, ut & Vellentium, Leo, quod utri- que è Phocidæ oriundum erant. Vitor. lib. 35. var. c. 23.

COLUMNÆ, LAPIDES.

D Surgens Jacob manè, tulit lapidem, quem supposuerat capi- tui suo, & erexit in titulum, fundens oleum de super. Et locum vocavit Bethel, domum Dei, à visione nocturna. Gen. cap. 28. Josus tulit lapidem præterandem, postquam eum subter- quertum, quæ erat in sanctuario Domini. Josue 24. Tulit Samuel lapidem unum, & posuit eum inter Masphat, & inter Sen, & vocavit nomen loci illius, Lapidem adiutorii. 1. Regum 7.

Josue præcepit Israelitis, ut tollerent de medio Jordanis alveo ubi steterant pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapi- des, quos ponerent in loco castorum, ejus noctis. Alios quo- que duodecim lapides posuit in medio Jordanis alveo, ubi ste- terant sacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini, & sunt ibi usque in præsentem diem. Josue cap. 41. Rubenitæ, Gaditæ & Manasseor: dimidita tribus trans Jordanem habitantes, posteaquam confecto bello in Terræ sanctæ possessionem fratres suos Israelitas introduxere, ad suos bona cum pace à Josue duce dimissi, in ripa Jordanis aram in- gentem extruxerunt, ejus, quæ Silone jussu Moysi extructa erat, æmulam, non ut ibi sacrificaretur, sed ut monumentum esset posteris, Ultra Jordanis idem jus esse in ara, & tabernaculo Domini Siluntio, quod Cisjordanis. 1. Is. 16.

B. Theat. vitæ Human. Tom. IV.

Apud Romanos, principum & benè de Repub. meritorum statuas pedestres, & equestres, ita effictas videmus, ut dextra portrecta, fidem in Rempub. ostendant. Alex. 15. c. 3.

ANATHEMATATA.

Gelonorum nobilitas, hostium cutes, in fortium factorum infigne documentum suis relinquebant. Ibid. cap. 24.

HOMINUM ACTIONES ET PASSIONES.

Urtuta.

ACTUS. UT EST.

Gestatio.

Batavi & Germani, regem, quem delegere, attollere hume- ris, & Scuto exceptum fucollare per vices pro regio fastigio obervarunt. Alex. lib. 1. c. 28. Sic quoque Julianus Apostata à militibus Lutetiæ per vim scuto impositus, & Augustus accla- matus est, teste Marcellino. Idem Valentinianus à militibus Niceæ Bithyniæ. Sigon. lib. 7. Imp. occid.

Nobilium olim proprium erat, per urbem equitare, Arto- midorus Onirocrit. lib. 1.

Equi deductio.

Sultani veteres Ægyptii non prius tæ regio nomine, vel mi- litari laude dignos exultabant, quam productis ad Byrtham emporium juxta Euphratem copiis confedisissent, ac solemnè pompa equum ad potandas profuentis aquas, spectantæ exer- citu, in amnem adessent. Ea cerimonia Imperii latitudinem & armorum vim ostendere volebant, qui citra Taurum ulque ad Arabiæ solitudines, Euphratis undis dominarentur. Joovis lib. 33. Hist.

Potatio.

Cùm Aristoteles anno ætatis 62. desperatè decumberet, discipuli de successore solliciti erant. Erant tunc in schola ejus præter multos alios duo eximii, Theophrastus Lesbius, & Me- nedemus Rhodius. Aristoteles igitur, ut discipulorum peritio- nis satisficeret, vinum quatuor jubeat, vel Rhodium aliquid vel Lesbium, usurumque eo dixit, quod sibi magis justisset. Eunt inveniunt, afferunt. Tum Aristoteles Rhodium degessit: Firmam, inquit, hercè vinum & jucundum. Mox Lesbium similiter degustans: Utrumque, inquit, oppidò bonum: sed idem è nobis. Id ubi dixit, nemini fuit dubium, quin lætè patè simul, & verecundè, successorem illa voce sibi non vinum de- legisset. Gellius lib. 13. c. 5. & Laert. lib. 5. c. 1.

GESTUS QUALESCEUNQUE.

Ex Loco Notarum, animi motuum, quæ ab Actio- nibus & Passionibus corporis sentuntur, hæc pleræque transferri possunt.

Ægina Aristodemi uxor, Spartanorum regis, ex geminis, quos pepererat, priorem Eurythenem cibando lavanoque curabat, quam Proclum. Eo argumento Spartanæ dacti, ex oraculo Eurythenem, tanquam regem, publicè colendam curant. Herod. lib. 6.

ANACHARSIM invitatum apud Solonem, cùm accubisset viderunt levam virilibus, ori dextram tenentem admodum. Quippe freno cenebat firmiore opus habere linguam. Plut. de Garrulitate.

Legatus Carthaginensium ad Tanromenitas missus, qui Ti- moleontem Corinthium cum classe receperat, post quibus minas, tandem manum lupinam ostendit, inde invertit, in- quiens: Ni parerent, civitatem le, que talis esset, talem reddi- turum. Et Andromachus oppidi dynastes, Timæi historici pa- rens, pari gestu respondit: Abire protnus, nisi navem pro tali effici vellet talem. Plut. in T. moleonte.

Legati Parthorum regis Artacis ad M. Crassum missi, de- hortabantur à bello Parthis inferendo. Ad eam crum Crassus re- spondisset, Seleuciæ se responsum daturum: Vagies maxi- mus nata rideos, ostensa lupinæ manus vola: Hinc prius, inquit, pili Crassæ exorientur, quàm ut aspicias Seleuciam. Plut. in Crasso.

Dextre exercitio indicium fuit olim dicere volentis. Valentinianus I. à militibus Niceæ Bithyniæ Imper. ductus, cum exerta manu meditata quædam dicere vellet, exercitus vocif- fetari cepit, ut ipse sibi Imperii con sortem adsciret: Ille tur- Q 3

A sus elata dextra proximos quosdam insolentius se gerentes increpuit. Sigon. lib. 7. occid.

Gothi, qui Totida duce Romam obsidebant, in Portum venerant, & se intra incenia condiderunt, ut naves frumentarias & Sicilia comestum allatas Romanis invaderent: Quas custodes Portus, qui erant in motibus, conspicati, & propugnaculis, veste alba sublata, signum Nautis ad se procedentibus dederunt, ne propere accederent, sed alio cursum dirigerent. Illi vero lætitiæ sui adventum signum illud esse putantes, prospero flante vento, portum successerunt. Itaque barbari omnes repente ex insidiis erumpentes, naves cunctas, nemine defendente, ceperunt. Sigon. l. 19. Imp. occid. ex Procop.

Leo Armenus Imper. noctu carcere ingressus, cum Michaelem Balbum, comitem Excubitorum, ob conjurationem captum, somno sermè oppressum vidisset, iram agitatione manus declaravit. Papias carceris præfectus iram Imper. metuens, cum Michaele denuò conspiravit, & ipsa Natalis Christi nocte Imp. trucidavit. Zonaras.

Molchi Tartarorum Principis legato ad se venienti poculum lacte equino plenum offerre, in servituti notam, cogebantur: & quicquid legati avidè potantis labra subterfugerit, sive in equi jubar, & arnos, sive in terram decidisset, id Molcus orator lingua lambere solebat. Sigismundus ab Heberstein in Moscovia.

Principes Turcorum, cum mutua sese reverentia afficiunt, ter digito labellum compescere solent. A quibus vulgare ista apud Hispanos, Italos, & Gallos, jam etiam apud Germanos (ut facilis est harum ineptiarum potius, quam virtutum imitatio) manuum deseculationes, Cusp.

INANIMATORUM ACTIONES vel Passiones.

Tuba signum.

Cum Jehu dux Joram Israelitarum à vate quodam, jussu Elisei prophete, in regem unctus, mandatum de tollenda Achab stirpe Militibus expolisset: illi confectum vestem quique suam in graduum pulso subtraverunt, datoque signo tuba Jehu regem pronunciantur. 4. Regum 9.

Campana sonitus.

Vus huius maximus, qui & tubarum alim, sed tanto illustrior, quo magis sonora, & aliena alii minime indigna est campana.

Tintinnabuli tinnitus.

In insula Jasso tintinnabuli crepitus pisces venales adesse indicio erat. Strabo l. 14. Vide Tit. Musica contemptus.

Anno 1191, contentione de finibus orta, Brixianis Mediolanensibus, Bergomatibus Cremonensibus studebant. Cremonenses, cum trajecto amne Ollio agrum Brixianum populabundum inissent, in fugam compulsi, Carcioium amiserunt. Carcioium corpus Mediolanum rei geste monumento translatum. Brixiani malum, & nolum Brixiam deportarunt, atque perennem trophæi de vicinis hostibus patri memoriam malum in templo maximo suspenderunt, nolum vero in turrim populi subduxerunt, atque, ut in diebus Camisprivii publicæ lætitiæ gratia pulsaretur, infingerunt. Sigon. lib. 13. regni Ital.

ANGELOTTUS Cardinalis S. Marci, cum ejus familia deducendi domini gratia (sicuti mos est) ad pulsati tintinnabuli signum rara conveniret, negligentie illorum per jocum conarguendæ causa ad horam mensa vulpina cauda, ne sentiretur, aspercuti mandavit: ita ut pauci admodum fortè præsentibus tantum discumberent. Polat. lib. 23. Anropis.

Bombarda crepitus.

Huius ex primario instituto hostilis usus tantum Ledenis, terrendique causa. At eodem tamen salutandi quoque, & congratulandi ergo non principes tantum seculares, quos vocant, verum etiam ecclesiasticos, uti ipsa docet experientia.

Scutorum fragor.

Milites scutorum genibus illis horrido fragore approbare solitos aliquid, ex historia patet Constantii Imp. qui cum Mediolani Julianum in concione Cæsarem appellasset, milites id fragore scutorum ratum habere. Sigonius lib. 6. Imp. occid.

Antennarum demissio.

Mos est Nauticus ejusmodi, ut qui plus, aut viribus, aut dignitate pollent, velint, ne quæ sibi occurrerint naves, velificæ actionem intermittant, antennæque demittant, cum honoris sui causa, tum, ut si quid ab illis querere, aut petere velint, possint. Id qui nolunt facere, ipsi est, bello cogere, ut faciunt sæpèque accidit, ut ea de causa pugna maxime existant, plurimorumque hominum cædes consequantur. Bembo. Ven. histor. lib. 4.

INSIGNIUM, SIGNORUM, MONUMENTORUM XPHEI CUIUS REI CAUSA. Nota enim alia sunt COGNITIONIS EORUM QUÆ SUNT. ARGUMENTA Eruditionis, Sapientia.

Huc insignia Academica, aliene eruditionis testanda ornandæque ergo conferri solita.

Lætitia.

Apud Græcos, si quid faustè, & feliciter nunci afferrent, coronati adventabant: ipsique cives in communis signum lætitiæ coronati incedebant, ovantes grastanteque. Alex. lib. 1. cap. 27.

Mortis, Sepultura.

Huc ex Tit. Honores mortui delati, Cippi, Columna, Statua sepulcrales referri possunt. Illic Honoris habetur ratio: hic ipsius Signi.

Apud Thucydidem observatum, consuevisse Athenienses cenotaphiis eorum, qui infeliciter occubuerant, quique in Attica sepulti non erant, iction apponere. Sunt quoque ex voce significari tabulata pueri, aut etiam surrecta omnia, atque etymni ratione aspirationem addant. Unde ictiopoi dicuntur, qui circa forum tabulata compingunt. Scribit Marcellinus, Thucydidi sepulchro fuisse ictium appositum: id verò cenotaphii gnosis, id est, signum, fuisse Atheniensibus parium ac legitimum, ubi quis patria excidens, inibi haud foret sepultus. Ictium verò, surrectum vocat lignum. Celius lib. 10. c. 5. & lib. 17. cap. 19. A. L.

Vita.

JUSTINIANO Magno Imp. dolore capitis fatigato, cum in publicum non exiret, tumor in vire dispersis estipium morbo esse consumptum; itaque tumultu subito tabernæ directæ sunt: neque hora tertia venis panis inveniebatur: provida que res esset longius, nisi hora nona Præfectus urbis luminaria per totam urbem accendi iussisset, atque eo signo Imperatoris valere significaret. Quo conspecto, omnis repente tumultus elanguit. Sigon. l. 20. Imp. occid.

Dignitatis Sacra.

Pontificum.

Judæorum Pontificis ornatus. Joseph. l. 6. c. 6. belli Jud. Hieronymus multis locis, & ad Marcellam, & contra Jovinianum, & de Veste sacerdotali ad Fabiolam, tum etiam Joseph. l. 3. Antiq. scribunt, Ephod Græcis dici & troyida. Sic enim vertetur lxx. quod Hieronymus, & Rufinus vertunt, superhumeralis. Ab humeris dependebat apertum ad brachia. Hujusmodi Ephod solus summus sacerdos gestabat cunctis coloribus auroque intertextum. Levitæ & quidam alii Ephod habebant huic simile, sed Ephod bar, id est, ex lino. Sic Samuël fecit mater Anna Ephod bar: & David ante arcem troyida gerebat. Unde credo manasse morem ad nostros Rabbi, id est, & dardaxius nosterque, ut tanquam principes legis, & totius religionis, habeant troyida, inigne scientia admirabilis, que etiam per humeros desinat; hinc medicos & jurisperitos, ne quid illis videretur cedere, cultum quoque similem usurpasse. Caterum lxx. eodè legunt. Procs in lib. 17. de Civ. Dei, cap. 5.

CONSTANTINUS MAGNUS Pontificibus Rom. diademata aureum distinctum gemmis donavit, & gestare voluit quod quidem Sylvester aspernavit, tanquam religioso capiti minime conveniens, phrygia mitra, & candida tantummodo contentus fuit. Platina.

Cardinalium.

INNOCENTIUS IV. Lugduni concilium habuit, anno M. CC. XLVI. Friderico II. Cæzari abenti dixit. Cardinales, quod eorum aliquot Fridericus comprehenderat, nec dimiserat, nisi Balduni Augusti auctoritate permotus, ut augustiores efficeret, purpuratos ipsos rubro etiam pileo nobilitavit. Amelius lib. 7. Argumento tamen nihil oportet.

A oportere hujus ordinis antistes semper paratos esse pro fidei defensione sanguinem effundere. Sabel. lib. 6. Em. 9.

Archiepiscoporum, Episcoporum.

Vixit plurimum Ravennæ Valentinianus III. Imper. estque ab eo urbs ipsa quomodo mutorum refectione, tum publicis ex-culta adificiis, factaque urbium quatuordecim caput. Joannem Antistitem urbes lano donavit pallio, quo tum solus utebatur Imperator: unde altercatio illa insolens Ravennatium antistitem orta, Romano pontifici æquari potestatem. Sabel. lib. 1. Em. Blondus.

Pallium à Pontifice Rom. tribuitur tantum Archiepiscopis, & singulari quodam beneficio paucis aliquot Episcopis, ac in his Bambergensis Germano. Sic autem conficitur. In die Agnetis virginis, qui est Januarii xxi. in festo Divæ Agnetis Romæ, cum in Missa imploratur Agnus Dei, super altare ponuntur agni duo candidi, postea traduntur basilicæ divi Petri subdiaconis. Hi mittunt illos in piscina, suoque tempore tondent, ex eaque lana, permixta relique lanæ, cum in filum diducta fuerit, parantur pallia. Latitudine sunt ad tres digitos, ab humeris propendunt in pectus, atque tenent ad extremum sunt laminae plumbeæ tenues, ejusdem latitudinis. Ad hunc modum contexta deferuntur ad coperta divi Petri atque Pauli, ac certis ibi precibus expedit, relinquuntur per noctem unam. Altera die subdiaconi recipiunt, & honesto loco diligenter aservant, donec qui opus habet Archiepiscopis, aut ejus procurator, sibi dari petat. Traditur autem multis cum caremoniis, & deferentibus mandantur, ne supra noctem unam, si modo fieri possit, in eodem loco subsistant, aut commorentur. Neque verò licet antecessoribus pallio, sed quique sibi tenetur illud Romæ comparare: deinde, qui forte vel permutatione, vel quavis alia ratione fit alterius Ecclesiæ Patriarchæ seu Metropolitanus, licet antea sibi paravit illud, necesse tamen habet iterum petere. Vide Locum de Episcopis.

Sacerdotum, Canonicorum.

Indorum vates, & sacerdotes, ut religionem sibi cordi esse, vivo demonstrarent exemplo, corallium semper ferebant. Arabum Pontificis lineas vestes induunt, mitras gestant cum sandalio. Hercules in Turo sacerdos cum infula, & purpura incedit, & post regem proxima dignitate fungitur. Apud Phœnices Solis sacerdos veste, auro & purpura varia, manuleata, ad imos pedes fluxa, incedebat: & tanquam splendoris signum, & amplissimi honoris prerogativam, coronam ex auro gemmicque ferebat. Alex. lib. 2. c. 8.

NUMA POMPEIUS, summus religionum cultor, inter cetera inventa, & constituta, Flaminem Jovis assiduum sacerdotem legitur fectur: qui re & existimatione magna fuit, sed tali, ne magistratum quemvis alium, vel capere, vel petere posset; eundemque insigni veste, toga prætexta, & curuli sella, ac li-core adornavit, duoque illi Flamines adiecit, unum Marti, Quirino alterum, quibus sacra faciendi, & victimas immolandi datum manus est. Alex. lib. 6. cap. 12. Plur. in q. Rom. causam asserit: Utrum, quod, sicut in Græcia alicubi, majestas sacerdotis æquatur regiam, & non vulgares homines sacerdotum creaverint? An potius, quod cum præfinita munera habeant sacerdotes, incerta reges, & indefinita: fieri non poterat, ut concurrentibus simul illorum temporibus, ambobus unus sufficeret: verum oportebat, alterutra identidem utriusque urgentibus prætermittendo, nunc religionem deorum violare, nunc lædere cives?

* Canonicorum insignia, per quæ ab aliis clericis fecernuntur, sunt imprimis Almutia; quorum est usus tempore æstivo, suntque ex pellibus variegatis confecta, eaque in brachio sinistro gestantur, propendentes pellicum caudis. Aumcliam appellat Bayffus de vestimenta, ab amictio: olim enim erat capitis argumentum unde Almutium, à voce veteri Cimbrica. Aiden mutæ, quasi antiqua pilea, votatum volunt nonnulli. Certè in concilio Basilienfi præcipitur Canonicis, ut almutia, vel birretta capite gestant Ecclesiam intrent. Extantque ejus rei monumenta in capitulo S. Petri Lovanii, & vidi ibidem in studiis existentibus Canonicos Regulares ad D. Gertrudis, si quando primitias Deo offerunt, almutia sua capite gestantes, quomodo etiam Canonicos Cameracenses, quod summam Missam celebrant. Canonici tamen Regulares S. Augustini eadem circum tollam tenent in Ecclesia, dum divinis intersunt. In Germania L. B. Theat. Vita Human. Tom. IV.

non est hujusmodi almutiorum usus alibi Canonici circulum & E pelibus, alibi pannum muricatum collo circumponunt. Sed Canonice in Belgio instituta olim à Principibus, indumentum lineum ad talos propendens in divino officio gestant, cui ad oram latus circulus è pellibus circumducitur. Sunt qui Almutium contendunt appellari ab eleomofina, quæ belicæ El-moes dicitur, ideoque illud appellant saccum mendicitaris, quasi plumbeta sua diurna Canonici in ea reponere olim soleant; sed hoc tanquam gratis confectum explodimus, cum abque ullo fundamento asseratur. Non improbabiler dicitur, harum pellicum, quæ mortuorum animalium sunt, gestatione, moneri Canonicos mortalitatis suæ, quomodo primos parentes illius etiam Deus monebat, conficiendo illis post peccatum tunicas pellicæ. Hyemali tempore succedunt in locum Almutiorum lacernæ nigra, quæ in cucullum desinunt, & induntur in die animarum, quasi eo habitu defunctos lugere debeant, eorumque apud Deum in sacrificiis, & precibus meminit.

Canonici Antuerpienses peculiari fibi habent biretum, sive pileum sacerdotalem violaceum, quo colore olim ex toto induebantur, tanquam proprio Clericis, sed consuetudine is abrogatus, quoad alias vestes, quoad pileos sive bireta, retinetur, & alicuius honoris loco tenent; cum tamen hæc non deprehendatur in eo aliquid prerogativæ constitui, aut positum aliquando esse præter inveteratum usum. Quod autem idem Canonici aliquando gestassent bireta alba in gratiam Præmoftratenfium, quos in sua civitate primùm evocaverant, & dote assignata primi fundaverant, somnia sunt Religiosorum illius Ordinis, nisi deliria dixeris nulla auctoritate fulca.

Etiam Sacellani alibi almutis utuntur, sed vilioribus quam Canonici, cum sint inferioris ordinis; quamvis dubium non sit, quin artificum industria aliquid splendoris paulatim illi accesserit. Nam & antehac Episcopi ea etiam gestarunt, sed splendidiore, eaque alba, & nigris punctulis variegata, ex genere pellicum, quas Arminas vocant; verum his nuper auctoritate sedis Apostolicæ lacerna succellit violacea, quæ tamen hyemali tempore etiam pellicibus, quoad capitis, & pectoris velamen, suffulta gestatur. Porro Præpositi insignium Ecclesiarum hodie quoque almutia deferunt magis pretiosa, quam Canonici, prout etiam majorem dignitatem, & Jurisdictionis prerogativam habent.

Notatur apud veteres, fuisse olim usitatum Canonicis vestimenti genus, quod Birrum vocant: at quale illud fuerit, curiosè indagare conatus est Molanus l. 3. c. 8. de Canonicis; ac tandem fatetur se ignorare; hoc tamen dicit, vestem fuisse talem, qua etiam caput regebatur: unde biretum vocant pileum exiguum, quale erant Mavortes, quibus utebantur Aegyptii, ad declinandam prætia birrum. S. Augustinus recusat gestare birrum pretiosum, ut constat ex serm. de vita communi Clericorum. Tom. 10. Et videntur etiam monachi usi birris. Meminit etiam illorum, Conc. Gangrensi c. 12. Item Tit. 8. Adversariorum in codice lib. 1. c. 16. Zonaras lib. 11. Erasmus lib. 3. de rat. contionandi.

Insuper quibusdam locis Mitra, aliaque indumenta Episcopalia, ex specialibus indultis, Canonicis fuerunt permissa. Uratius Bohemici Dux xx. ab Alexandro III. id imperaverat, ut omnes Canonici in arte Præfensi suo officio divino pontificalia induerent. Sunt tamen qui per mitras, sive mitillas, intelligant eam almuti partem, quam supra diximus capite gestari. Videatur Jo. Molanus supra c. 9.

* Monachorum Regularium.

Quoad Regulares, vix quidquam circa eorum indumenta quibus à secularibus Clericis, & ab invicem distinguantur, definiti potest. Siquidem omnes sequuntur normam ad Institutore primitus traditam, & receptam: cuius tamen non unum est genus, cum alii nigro, alii albo, alii græco, alii vericolori, purpureo quoque, & violaceo plerique habitu utantur. Monachi & Canonici regulares cucullum gestant: alii tamen alius striculus, vel protensius. Clerici Regulares vix habitu à secularibus dissident, nisi quod serico non utantur, ut videre est in Clericis Societatis Jesu, & alius nuper à Reverendiss. Patre Augustino Adorna Genuensi, tempore Sixti V. institutus, anno 1588. de quibus vide Locum de Religione, & Religiosis. Plerique Regularium gestant scapulare, hie striculus, & brevis, alii magis ad talos propendens, ac per modum crucis utriusque corpus mensurat, ab humeris deorsum se demittens. Sunt etiam qui birretum capite gestant, ut v. g. Præmoftratenfes, & Canonici, ac Clerici regulares, non obstante quod priores Q9 4 cucul-

A cucullum satis laxum induant. Harum autem vestium tropologiam relinquunt illi qui in eo argumento desudant. Hoc vero constat, plerisque harum vestium antiquas esse, earumque imaginem aliquam adumbratam in Elia, Joanne Baptistâ, & veteribus Anachoretis: verum ut in dies nova Religionum infinita otinorur, sic & nova vestimenti ratio se offert.

Etiâ in Religiosis semini sexus non eadem est indumentorum paritas, sed juxta cuiusvis Ordinis quem profitentur institutum variantur. Sunt quæ velum capite gestent tanquam insignis aliquod honoris, aliæ eo carent, & solo linteo caput & tempora velant, verum in his omnibus consuetudinis ratio habenda est.

Dignitatis profanæ. Utrupa

Magistratum in genere.

TULLUS hostilius rex Romanorum tertius, debellatis Hetruscis, quos curulem, lictoreque & togam pictam, atque prætextam, quæ insignia magistratum Hetruscorum erant, ut Romæ haberentur, instituit. *Macrobius lib. 1. Saturn. 6.*

Regum, Principum.

Insignia regni varia (Vide quedam sub Imperii acquisitione, Quæ ceremoniam) Alia quidem in ipsorum rege, ut in Capite Diadema, Tiara, Corona: in Corpore Trabea, Purpura: in Manibus Sceptra: in Pedibus Calcei, Alia vero extra regem, tum Symbola præstantis, & dignitatis, sive præferantur, sive subsequantur, ut Ignes, Fasces, & Securæ, Gladius: tum Familiæ ipsi, ut Lictores, Apparitores, & Satellites. De quibus superius egimus.

Indi reges pro regio ornati habent, ut cum foras procedent aurea mitra pluribus gemmis distincta, & fimbria amicti, tympanisque, & tintinnabulis præcedentibus, conspicui fiant. *Alex. lib. 1. cap. 8.*

Medis, Persis, & Armeniis regibus cidatis cum cærulea fascia albo distincta, vel tiara, amictuque purpureo quadrangulata figura: interdum candys, quod Persarum Lydorumque in insignis regum erat, pro diademate fuit. Quæ quidem tiara pileus erat, ex quo redimicula, quibus maxilla velantur, defluabant, qua Phryges in solennibus utebantur sæpè. Armeniorum reges non nisi à Romanis diadema assumere poterant. Namque experientio cognovit erat, Barbaros malle Roma petere reges, quam habere. Persici reges observantur ex myrtha, & labyzo odorata, capiti in insignis regum referre, palmam picturam, & auro distinctam induere. *Alex. lib. 1. cap. 28.*

Numidis regibus sceptrum in sinistra, candida in fronte vitæ, in insignis est regale habitum. Macedonum regum chlamys, austa, & crepida, ac diadema. *Idem.*

Alyriorum verò tiara diademate obvoluta, & tunica purpurea, & partim alba, quam nisi rex induere, nemo poterat. *Idem.*

Sardis quoque curru vehi, & rectam ferre tiaram, solis regibus dabatur. Apud Scylos, purpurea vestis, argenteus baculus, & purpura gemmis extructa cum diademate. *Idem.*

Phœnicibus, Syris & Cilicibus, chlamys cum crepidibus, & candidis diadema. *Idem.*

Ægyptiis regibus, nunc leonis, nunc tauri, aut draconis effigiem imaginem, aut ignem, arboremve effigiam (supra caput ferre, principatus & regii dominatus insignia fuisse. Tameñ regni cura, & procuratio illis penes regis uxores fuerit, quibus plus quam regi honoris obsequique tributum est. Nonnumquam diadema apud ipsos distinctum, Ægyptiorum regum in spectatissimum in insignis fuit. *Diod. Sic. lib. 2.*

Syri solam, & sceptrum pro regio diademate habuerunt. Apud prius verò seculum reges tenuisse hastas, quas, scepra nuncupant, pro majestate, proque diademate fuisse, proditum est. *Alex. lib. 1. cap. 28.*

Ferunt, milites in exercitu Pharnacis, tumultuaria coacta manu, latiore illi stipum, dum ipsum in regem assumerent, pro diademate dedisse. Sicut Amali Ægyptiorum regi, dum concionaretur, pro regali ornamento galea data est. *Idem.*

Romanis regibus diadema, trabea & purpureus amictus, non quadrangularis, sed semicircularis, insignia regii dominatus fuisse. Sequentiæque postea Cæsares, diademate minimè devotus competimus: imò omne decus regum, ut invidiosum, de vastate, quippe nomen regum alibi magnum, Romæ verò inolebile fuit. Frequens enim apud eos laurea, capitis de-

corum, & distincta radiis corona, ac purpurea chlamys, insignia Imperii fuisse: tameñ post temporum intervalla, ex Cæsariis Aurelianus Cæsarem, præter mores institutaque majorum, diadema usurpasse, eoque insignis principum usum fuisse, legamus. Demum èd venianæ processum fuit, ut equitatis Cæsares, sacrum ignem, qui tantum regibus Persarum mos erat, velut imaginem Imperii, sibi præferri sinerent, eoque præcipuo insigni, & singulari ornatu uterentur. *Alex. lib. 1. cap. 18.*

Tiara, ornamentum capitis. Hanc soli reges rectam portabant apud Persas, duces autem inclinatam: & Demaratus Lacedæmonius, qui cum Xerxe Athenas venit, cum hilaritate quadam rex quidvis petere ei concessisset, rogavit, ut sibi Sardis recta tiara ingredi liceret: ut *Philarchus 11. tradis. Soidas in voce tiara.*

Æthiopiæ & Ægyptiorum reges sceptrum in atati formam habent. Pileos oblongos gestant, circa finem umbilicum habentes, serpentina, quos apud vocant, circumvolvunt, momentum in insignis, eos qui contra regem insurgere audeant, mortiferis moribus libelle. *Diod. lib. 3. cap. 1.*

Quod Romulus patre regem, cum sella curuli trabeaque, & reliquo habitu le augustiorum fecisset, tum maxime duodecim lictoribus insignem fecerit, qui fasces securæque velut insignia majestatis præferrent, à multis est memorie mandatum. Item Apparitoribus, & Viatoribus, & Accensis, & Præconibus. Nonnulli Tullum Hostilium Romanum regem, primo purpuratum cum lictoribus, & fascibus in publicum prodisse ferunt. *Alex. lib. 1. cap. 27.*

ANTIGONUS Macedoniam rex heredem pro diademate, pro scepro verò thyrum gestavit. Clearchus Heraclensem tyrannus, auream sibi aquilam præferri iussit, purpureo vestem, auream coronam, & corhunos excellenti cultu, instar tragicorum regum. *Alex. lib. 1. cap. 28.*

Inter Imperii symbola connumeratur quoque Fortuna aurea, quæ in cubiculo principum poni solebat. Sic Antoninus Plus moriturus, in M. Antonini Philolophi cubiculum, auream Fortunam transferri iussit. *Cospius.*

Pace inter Alexandrum III. & Fridericum Barbarossam Venerorum opere composita, aliquo insignibus instructa et Veneti duci majestas, Pontificis munere; qualia videntur hodie circa principem, quum in publicum procedit: Turbæ argenteæ, aurea Umbella, Sella aurea, Pulvinus aureus, verficioria Vexilla. *Sab. lib. 5. Em. 9.* Insigne capitis ab initio in Phrygæa: miræ speciem in conum ibat, ut veridissimè principum testantur imagines. Hodie à fronte depressa est in sella, retrò attollitur in refracti formam cornu, ut appareat, fastigium dignitatis in eo ordine esse, qui principem comitatur. *Sab. lib. 7. Em. 8.* Quoties Dux in publicum prodit, præferuntur insignia: ipse comitatus externorum principum legatis, non multò post consequitur, ornatisimo vestium apparatu, & capitis regimento ita composito, ut cornu in tergum extet: quo planè insigni testetur, se quidem Principem esse totius reipub. ut tamen senatorius, qui amplissimus consequitur ordo, præcipuum cum eo sibi vendicet partem: quod & Patrius principem subsequens, gladium vagina aurea tectum gerens, facit offendit. Nam quum illi reges, & principes præferri nudum enseni velint, iustemque potestatis argumentum, quasi alienæ sententiæ non egeant, ipse vagina tectum ponere gerit: ut nec celeritatem ad ulcendam facinorâ præmaturationem significet (quod etiam Romanorum consulum fasces alligati denotabant) nec sui arbitrii penitus esse esse rempob. sed subiequentis senatorii ordinis summam esse potestatem. Singulis hie domadibus semel forum magistratibusque omnibus qui juri dicendo præstant, obit: moneque, ut iustitiæ memores, nihil odio aut gratiæ tribuant. *Egnat. lib. 2. c. 1. Exemplorum.*

PREMISLAUS Boemorum Rex ea apud suos reverentia fuit, ut in primario templo lignas soles, quibus arans utebatur, diutissimè servarint: eaque ceu sacram rem novis Regibus, dum diademate ornantur, præferrent. Ubi autem, cum ad Ducatum vocatus fuit, arans est inventus, templum conditum est, accolæque pagi illius, in quo ipse agebat, ab omni onere immunes facti. *Fulg. lib. 3. cap. 4.*

PETRUM Aragonum regem septimum, Innocentius III. Pp. Romæ corona panis azymi inauguravit. *Marinens. l. 10. rerum Hispan.*

Ducum bellicorum.

Tyrheni duces exercitus multis insignibus decorantur, lictores illis, eburneam sellam, togam purpuream adjucentes. *Diod. lib. 5. cap. 9.*

Con-

Consulum, Prætorum, Quæstorum.

Vide supra, Insignia, quæ pnt a Lictores, Fasces. Apud Rom. prætorio vito, & qui fuisse prætura primus, toga prætexta uti licebat. Proinde Paulus Æmilius non in purpura modò prætexta, sed trabea candida, & ministris dealbatis, atque in equo albo, præturam gessit, in Hiberos ducens. *Alex. lib. 1. cap. 27.*

Senatorum.

Latroclavus, tunica latis clavibus, Senatorum propria. Observatum est autem, ut Senatores Latum, sic Equites, Angustum clavum habuisse. Patriculus de Mœcenate: Non minus Agrippa Cæsari charus, sed minus honoratus, quippe vixit angusto clavo penè contentus. *Horom. de verbis iuris.*

Navium præfectorum.

Aureum corniculum collo suspensum Præfecti maris est in signis. Eo enim fistule more inflato, magistris navium diversis sibilis, & canibus opportune editis, nautas ad officia revocare, atque incitare consueverunt. *Jovius lib. 11. Hist.*

Imperii, Regni, Ditionis Limites, Terminii positi indicativè.

Mare.

AUTHARIS, Longobardorum rex, Benevento in deditionem accepto, eodem victorie impetu Rhegium usque extremam Italiæ oppidum ad mare pervenisse, & columnam in mari positam ex equo, cui insidebat, hasta contigisse, eamque terminum Imperii Longobardorum futuram dixisse: eandem usque ad suam statem columnam Autharis appellatam, scribit. *P. Diacoms Sigon. lib. 1. regni Ital.*

HENRICUS I. Cæsar Jitium (quæ apud veteres Cheronesus Cimbrica dicebatur) subiecit, consilio apud Heidebam (quæ nunc Slevicum dicitur) marchione. Non multò post Dani Othone I. ejus F. domitias milis implicato, marchionem contrucidaverat. Otho ergo duxit in Jutiam, ferroque & igne omnia vastavit, usque ad continentem terre novissima, ad mare, quod modico discrimine Jutiam Norvegiamque interfecit: & inde conversus in latus maris Germanici ad Orientem, missa lancea in mare, Othonis fauces (Otenlund) appellavit. *Cranz. lib. 3. Saxonie, cap. 25.*

Sultanus Ægypti olim equum ad potandum Euphratis aquam ducere solebat, & hoc signi Imperii sui latitudinem ostendere. *Jovius lib. 33. Hist.*

Fluvii.

Regibus Persarum ex Nilo, & Istro haustum, inter cætera Dinon memorat soleme fuisse asserti, ita ut thesaurum Suis recondi, inquam in pignus Imperii, & rerum se dominos esse. *Plur. in Alex.*

Limites Imperii Romani ferme tres annes fuerant, Euphrates, Ister sive Danubius, & Rhenus. Quicquid verò gentium, ac populorum trans hos limites fuerant, neque Romano Imperio paruerunt, communi nomine Barbari nominati sunt. Limitem Euphratis vexavere Persæ: Iltri, Scythæ Europæi, & Sarmatæ: ex quibus fuerunt Hunni, Gothi, Vandali, Alani, Gepidæ. Danubius & Rhenus coercuit Germanos, id est, Alemannos, Herulos, Rugos, Turcilingos, Marcomannos, Saxones, & Francos: ex quibus Alemanni, & Franci in multos populos fuerunt divisi, vartus nominibus præditi. *Sigonius.*

Urbes.

Vicli ab Anglis, & Britannis Scoti, magna agri parte, quem Pictis eriperant, multati fuerunt, ita ut Scotos ab Anglis ac Britonibus Cluda amissis, Forthæ, Scotiumque mare, ubi Forthæ in Oceanum labitur, separarent. Eratque per hæc Sterlingum vicli tribus populis terminus planè communis. Cessit eas oppidi archi Osbroto Anglorum regi, eandemque Scotorum amnis, dum Pictos regno spoliarent, evertam reparavit: Ubi, qui montem cuclerent, præcipuos habitare iussit: ab eaque arce rationem omnem suppetitoriam nomen accipere vel hac nostra etate Anglos perspicimus, & negotiatores, libris, solidis, denariisque Sterlingis in omni commercio ac ratione uti. *H. Boetius lib. 20.*

Columnæ.

Cùm de finibus Peloponnesi, & Jones passimè disceptarent, in quibus & Crommyonia continebatur, inter se pepige-

runt, ut columnam sifterent loco certo, qui circa Isthmum est. E In qua hic inerat titulus, in parte Peloponnesum spectante: Hæc Peloponnesus, at non Jonia: in parte verò Megaram spectante: Hæc non Peloponnesus est, sed Jonia. *Strabo lib. 3.*

Libertatis acquisite.

Servius in Æneidos oblatum, refert, Peroniam Servorum deam haberi, in cujus templo capite raso foliti sint pileum accipere. Videatur autem pileum præcis insignis fuisse virtutis spectata, ut hinc fluxerit mos, ut qui magistris doctorisque titulo decorantur, pileum accipiant.

Apud Rom. moris fuit, ut qui ex servitute in libertatem vocantur, raso capite ad Prætorum irent: apud quem bis terque caput percussus, vel per lictorem percussus iussus, virgula, quæ vindicta dicta est, aut festuca in eum iacta, cum eum vertisset dominus, Prætoris iussu severitate eximeretur. Quique libertatem eo modo nactus fuerat, manumissus vindicta dicebatur. *Alex. lib. 4. c. 10.*

Servos qui manumitterent, circumactu corporis illorum hoc declarasse solitos, ex Appiani lib. 11. Bellorum civilium intelligere licet, apud quem Labeo Antistius Cinna Jurecos, facta in tabernaculo suo ad corporis sui magnitudinem arca, F mandatis ad uxorem, & liberos datis, servorum fidelissimum dextra prehensit, & corporis circumactu manumissit, conversoque gladium tradidit, & jugulum præbuit.

Servitutis impositæ.

Mediolanenses fame à Friderico I. Imper. an. 1162. ad deditionem coacti fuerunt. Consulës ex auctoritate consilii Laudem ad Fridericum profecti, strictos gladios tenentes, liberè se omnia, quæcunque ille imperasset, facturos, arque eodem quoque civis suos omnes sacramento obligatos jurarunt. Post biduum trecentos equites totius civitatis nomine, triginta sex vexilla, & claves civitatis detulerunt, ac præceptis ejus se parituros jurarunt. Inde mille pedites carrocium adduxerunt, ac nonaginta quatuor alii tubas civitatis obtulerunt. *Sigon. lib. 13. & 14. regni Ital.*

CAROLUS IV. Imper. anno 1379. Lubecæ audiens Comites Hollatos, & Hamburgenses depugnantes, iussit Hamburgum oppidum Comitibus parere, falvis libertatibus, quas ab Imperiali culmine promeruerant. Ergo domum redeuntes, Rolandi statuat, quam pro signo libertatis in ponte (qui hodie adhuc nomen tenet) jam olim erectam habebant, deiecerit, Comitibus suis deinceps (ut semper) conjunctissim. *Cranz. lib. 10. Saxonie, cap. 2.*

Urben antiquam Saxonie Quedelenborg, Ernestus dux Saxonie expugnavit, quod malè civis parentem domine sue Abbatissæ, quæ soror erat principis: & Rolandi statuat, quam pro signo libertatis ab antiquo habuerant, deiecit. *Cranz. lib. 12. Saxonie, cap. 16.*

Leodienses statuat ex aurichalco, libertatis signum, in foro erectam habuere, quam Peronam dixerit. Eam Carolus Burgundus urbe capta Brugas transportatam in foro erexit: sed Maximilianus Imp. restituit Leodiensibus. *Cranz. lib. 12. Saxonie, cap. 2.*

Amicitia, Societatis, tum Bellicæ.

Carrocium, currus fuit ingens, rotis grandioribus atque axibus firmioribus sulcus, purpurea pariter undique veste contractus. In quo contabulatio quadrata turris instar locabatur, in medio verò extrima proceritate malus excitatus, erat multisâ fastigio rudentibus ipsi contabulationi ad nautici malum similitudinem alligatus: in summo crux aurea, infra cruce antennam magna suspensa, unde vexillum explicabatur. Hunc currum excellentis formæ boves candida veste instrati trahabant. Cura ejus clarissimo, & genere, & virtute viro committatur: qui ut venerabilior esset, insigni lorica, ense, & auro baltheo, & publico stipendio donabatur: munitor, cohortem militum lectissimorum sepebatur. Cum eo verò aderant etiam sacerdotës, cum divine rei causa, tum ut essent, qui leuifero vulnere laborantibus, facta, si opus esset, ritu Christiano subministrarent. Præterea sex tubicines cum totidem militibus equis, quibus civitas tentoria, & stipendia procurabat. Cum hoc vexillo, quò quasi ad factam aram acie pulsi refrigerent, atque inde ferociores in hostes procurerent, Herebertus Archiep. Mediol. primus inventor contra Conradi I. Imper. fautores ad bellum est progressus, anno 1039. *Sigon. lib. 8. regni Ital.*

Civis

